

CLASSICS.

G. H. ROBINSON, M.A., TORONTO. EDITOR.

BRADLEY'S ARNOLD.

EXERCISE 18.

BY A. M.

1. Ne igitur tantæ huic occasione defueris, sed potius sempiternos republicæ nostræ hostes te duce opprimamus. 2. Nolite, cives mei hostes qui cælem vobis, servitutem que minitantur numerare; eandem potius illi fortunam quam nobis intendunt, experiantur. 3. Huic meæ culpæ ignoscas velim, et fac memineris me, qui hodie peccavi, persæpe tibi antehac opem tulisse. 4. Servi igitur esse nolumus, audeamusque non solum ipsi liberi fieri, sed patriam quoque in libertatem vindicare. 5. Quocirca pro afflictâ patriâ, pro exultantibus amicis, omnia (or quidvis) perferre ne recusaveris. 6. Quocirca (or quamobrem), cives nolite credere me, qui vos toties in aciem duxi, hodie ne fortuna nos deserat pertimescere. 7. Eadem simus in acie qui semper fuimus; de eventu prælii Di viderint.

Ex. 19.

1. Hæc certe dicere ausim, me et primum tibi suavis ut hoc opus susciperes, et polliceri me ultimum monitum ut inceptum omittas (or incepto desistas). 2. Quid facerem? inquit, quid dicerem? quis me culpâre velit quod tam perditos homines audire nolui. 3. Hæc omnia eum providisse neque negaverim neque affirmaverim, sed cavere debuit ne tantis casibus opprimeretur civitas. 4. Eo die frater meus te auctore a prælio aberat; adfuisset utinam; melius enim fuit in acie perire quam tantam perpeti ignominiam. 5. Protantis igitur beneficiis gratiam velim non solum habeas sed etiam referas. 6. Vellem (or utinam) mihi milites quos optimos tecum habebas misisses. 7. Stabant milites instructi acie, pugnandi cupidi, oculis in hostem difixis (or intentis) signum flagitantes; crederes epulas expectare. 8. Vobis potius id quod facere debui, quam mihi consului; quod utinam ne mihi unquam vitio vertatis.

Ex. 60.

1. Quem etsi facti hujus neque poenitet neque pudet, tamen sceleris sui poenas mihi

persolvat. 2. Cujus culpæ quamvis ignosci non posset, tamen tot ejus in rempublicam meritorum ratio tibi habenda fuit. 3. Quem quamvis nocentem, quamvis sceleratum, nemo tamen abentem reum facere, et incognita causa condemnare debet. 4. Qui quamvis nocentissimus est, et gravissimo supplicio dignissimus, tamen facere non possum, quin hanc ejus afflictam fortunam cum pristina illa felicitate atque gloria conferam. 5. Tametsi miserum est innocentem in suspicionem atque crimen venire, tamen melius est absolvi innocentem quam nocentem non accusari. 6. Qui quamvis fuisset sceleratus, quamvis omni condemnatione dignissimus, melius tamen fuit nocentes decem absolvi, quam unum innocentem condemnari. 7. Cui quamvis principatus atque imperium omnium civium sententiis delatum fuit ac mandatum, diu tamen rempublicam attingere noluit, et unus meis temporibus ad summos honores invitatus et fere coactus pervenit. 8. Quo metu liberatus, brevi tamen in peioris flagitii suspicionem veni, et nisi tu mihi subvenisses, inimicorum odio et insidiis oppressus essem. 9. Te vero tametsi tot malis perpressus es, fore aliquando non solum felicem, sed etiam —id quod raro hominibus contingit— beatum fore, credo.

MODERN LANGUAGES.

Editors { H. I. STRANG, B.A., Goderich.
W. H. FRASER, B.A., Toronto.

EXERCISES IN ENGLISH.

1. Substitute words for the italicized phrases:

- (a) He devoted himself to it *with energy*.
- (b) He made a *more than human* effort.
- (c) He *paid no attention* to my advice.
- (d) He speaks it as well as a *person born in the country*.
- (e) He spoke *with contempt* of the policy of the emperor.

2. Contract into simple sentences:

- (a) His father died and left him only his blessing.
- (b) Perhaps he thought that that would be the wisest course.
- (c) He was quite surprised when he heard that you had arrived.